Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

In nomine domini nostri Ihesu Christi petimus te patrem, et spiritum sanctum, ut uirtus tua affera, tur in hunc ægrotum hominem, et corroborare eum digneris ad uitam æternam. Legimus et credimus domine in tuo sancto euangelio, quòd cum omni im, perio dominus Ihesus Cristus filius tuus, spiritus immundos eijciebat, et passiones illatas ab ipsis poten, ter curabat, ut impleretur, quod dictum est à domino per Esaiam prophetam: ipse infirmitates nostras tulit, et ægritudines nostras ipse portauit, liuore suo plagas nostras curauit, tu domine saluator mundi aposto, lis sanctis tuis, et omnibus in te sperantibus et creden, tibus potestatem dedisti spiritus immundos de homi, nibus eijcere, et curare omnes languentes, et omnes infirmitates per inuocationem sancti nominis tui sanare, dixisti: omnis quicunq; inuocauerit nomen tuum, saluus erit, et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Tu etiam domine dixisti, si uos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester coelestis dabit bona peten, tibus se. Tu enim domine dixisti: Si habueritis fi, dem, et dixeritis monti transi, et transiet, et nos credimus te deum esse, sancta trinitas, te inuoca, mus, exaudi: Te domine Ihesu saluator noster per